



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Aer Vapores.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

84 *Pars secunda de elevatione*  
*rum flamma ignis. Eccl. 21. Apparuerunt illi*  
*dispertita lingua tanquam ignis. Act. 2. Ure-*  
*nes meos & cor meum. Pl. 25. Id illuminando*  
*& accendendo contra ignem impurum. Tria*  
*sunt insaturabilia, & quartum, quod nunquam di-*  
*cit, sufficit, Infernus, & os vulvae, & terra, qua*  
*non satiatur aqua, ignis verò nunquam dicit, suf-*  
*ficit. Prov. 30. scilicet ira, luxuria, avaritia, &*  
*ignis ambitionis, Ignem veni mittere in terram,*  
*& quid volo, nisi ut accendatur. Luc. 12. Sic ab*  
*igne dictus Ignatius, dicebat suis, quos in diver-*  
*fas mundi plagas tanquam viros Apostolicos*  
*mittebat, ut & incendite omnia sacro amore Dei.*

*Aer Vapores.*

**N**atus accepi communem aërem, & in simi-  
liter factam decidi terram. Sap. 7. Eodem  
modo nascitur & moritur Rex & mendicus.  
Cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur  
tanquam mollis aër, & transibit vita nostra tan-  
quam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur,  
qua fugata est à radiis solis, Sap. 2. Ità dicebant  
impii in futurum nil sperantes. Sic pugno non  
quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum,  
& in servitutem redigo. 1. Cor. 9. Nos, qui vi-  
vimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis  
in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper  
cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem  
in verbis istis. 1. Thessal. 4. Percussiat te Domi-  
nus [transgressorem legis] egestate, febre, &  
aere



*aëre corrupto ac rubigine, donec pereas. Deut.*

28. *Aër corruptus symbolum est malæ societatis. Quæ est vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Ep. Jac. 4.*

*Aqua.*

*Spiritus Dei ferebatur super aquas. Gen. 1.*  
Juxta communem id non de vento, sed Spiritu S. intelligitur; qui juxta textum Hebraicum instar volucris ova excludentis *incubabat aquis*, non motu locali, sed voluntate suâ ac potentiâ Divinâ, quâ illas fecundabat, calorem quasi vitalem aspirans, vim feminalem ac prolificam indens, & aptas procreationi reddens; ut inde mox, obstreticante eodem Spiritu, & pisces, & germina, & aves, quin & cæli producerentur. Nam, ut sequitur v. 7. *fecit Deus firmamentum*, seu orbem omnes cælestes *in medio aquarum*, h. e. ex vasta illa abyssi & mole aquarum, quibus totum spatium à terra usque ad cælum empyreum complebatur. Hinc aqua benè dicitur, à qua omnia. *Viderunt te aqua Deus [maris rubri] viderunt te aqua, & timuerunt, & turbata sunt abyssi. Pl. 76.* Tribuitur hîc more Poëtico rebus inanimis sensus, & ostenditur, quomodo aquæ in mari rubro præsentia & potentiâ Dei perterrefactæ præter morem refugerint relictâ transitoris Israëlitis viâ, & ipsæ maris abyssi ab utraque parte instar muri constiterint. *Quid tibi vis in via Egypti? (religiosè declinans ad illecebras mundi) ut bibas*